

Handwritten text on the right edge of the page, including numbers and symbols, partially obscured by the binding.





SELECTARVM <sup>III.</sup>  
JURIS QVÆ  
STIONUM <sup>50</sup>

*Ad faciliorem Paratitlorum Wesenbecii in-  
tellectum directarum*

DISPUTATIO IX.

ad tit. I. lib. 3.

DE POSTVLANDO.

SUB PRÆSIDIO

*Viri Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimique*

Dn. JOHANNIS OTTONIS TABORIS,  
J. U. D. eiusdemque in Florentissima inclytæ Reipubl. Ar-  
gentoratenſis Uniuerſitate Profefſoris Publici, Patroni, Promoto-  
ris ac Præceptoris ſui, omni obſervantiæ & Amoris  
cultu proſequendi,

JOHANNE JACOBO Stemler/Spireniſi.

*In auditorio ICtorum*

*Menſis Julij*

*Die horis antemeridianis*

PROPOSITA.

ARGENTORATI,

*Typis heredum Pauli Ledentz.*

---

M. DC. XXXVII.




.III

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.







Disputatio I X. Ad lib. 3. tit. 1.

Vbi

DE POSTULANDO ET ADVOCATIS.

Respondente

JOHANNE JACOBO STEMLERO Spir.

Questio 1.

**A**N quis in una causa pluribus uti patronis & Num. 8.  
Advocatis possit? Affirmandum id esse videtur ex  
textu l. penult. ibi: Nobilissimos ab una, rudes ab altera. C.  
de postuland. per quem textum Vinnius disput. 2. de process.  
num. 37. verissimum id esse ait, iure civili scil. in arbitrio litigantis esse,  
uno vel pluribus Advocatis aut Procuratoribus uti. Negat autem Or-  
din. Camer. part. 1. tit. 19. princ. cum qua concordat Statutum inclyte  
nostre Reipubl. art. 118 sub titul. Es soll niemand in einer Sache  
mehr den einen (Advocaten / Vorsprechen / Redner / Tröster) haben.  
Itemq; in des Ehrsamen Kleinen Raths Ordnung artic. 15. Es soll  
niemand in seiner Sach mehr Vorsprechen haben denn einen / es  
sey in Geistlichem / Weltlichem Gericht / oder auff der Pfalz. Et ita  
Prator quoq; non habentibus, se Advocatum, (non Advocatos) daturū in  
omnibus edicit l. 1. §. 4 h. t. Nos distinguimus inter Advocatos iudicii  
Statutos sive Ordinarios; & Extraordinarios seu supernumerarios:  
de illis dd. Ordinationes loqui videntur, per verba Ord. Cam. part. 1.  
tit. 19. princ. ibi: Es soll keine Parthen mehr dann einen Advocaten  
oder Redner dem Cammergericht vorwand &c. Istos autem arbi-  
trio litigantium per illos arbitramur: dummodo copia aliorum  
suppetat, neque dolose quis & ut adversarium destituat, illorum  
operam occupet quod d. l. 7 velle videtur. Eoque pertinet ratio ordina-  
tionis in d. Ordinat. Camer. ibi. Damit die andere Parthen auch Ad-  
vocaten



Disputatio IX. ad lib. 3. tit. 1.

vocatem vno Medner möge bekommen: qua eadem in utroque articulo Statut. Reipub. nostra etiam repetitur & animum sensumq; statuentium satis dilucide declarat.

in. 3.

Q. 2. An Advocatus etiam invitus ad patrocinium causæ alicuius suscipiendum cogi possit? Affirmant cum auctore Br. Jason, Felin, Gail, Mynsing. & Dd. comm. citati à Rutgero Rulando, part. 1. lib. 2. de Commiss. & Commission. cap. 25. num. 12. qui id extendunt ad quemvis Doctorem, ut ad consulendum cogi possit. Philipp. Mathæi & alij ad l. invitus. 156. princ. de R. I. Idq; adeo, ut iudex detrectantem in perpetuum à foro possit excludere. per l. 7. Cod. hoc tit. l. 9. §. nonnunquam. 4. de pœn. Bocerus class. 6. disputat. 7. thes. 52. ¶ Negat autem glossa in cap. 1. de empt. & vendit. statuens, olim quidem Advocatos cogi potuisse, quia solaria ipsis de publico processerint: Hodie non posse, quia non soleant publica stipendia habere. ¶ Nobis necessarium videtur temperamentum, ut denuo distinguamus inter Advocatos alicuius iudicij ordinarios seu statutos; & supernumerarios seu liberos, (fundamentum distinctionis est in l. 11. Cod. de Advoc. divers. iudicior. l. 13. C. eod. Ordin. Camer. part. 1. tit. 18. Bocer. d. cl. 6. Disp. 7. th. 16. lit. e.) Etenim olim non omnes passim ad tribunalia, imprimis majora, admittebantur causas aliorum acturi aut defensuri: sed aliqui tantum cum delectu, d. l. 11. C. de Advoc. divers. iudicior. & certo numero albo conscribebantur, in quo qui non essent inscripti, in illo prætorio non poterant patrocinari, etsi in aliis possent: ita in prætorio Alexandrino numerati sunt tempore Leonis & Anthemij Impp. 150. l. 8. 11. 13. C. de Advoc. divers. iudicior. Romæ 64. l. 15. & 16. C. eod. Petr. Gregor. 49. Syntagm. cap. 6. num. 9. & c. Erat tamen aliud quoque Advocatorum genus, supra numerum ordinariorum, unde & supernumerarij dicebantur, v. l. 1. §. Advocatos. 11. de Extraordin. cognit. l. 2. C. h. tit. Illos itaque invitos ad functionem necessarij muneris subeundam cogi posse putamus, puta mandatis pœnalibus, privatione officij, pœnis aliis, vid. Vmmium d. Disp. 2. num. 36. P. Frider. 2. de process. 53. num. 8. non item istos, arg. eor. que de Procur. constituendis dicuntur in l. 8. §. 1. de Procur. nisi jam semel illi & initio consensu-



ferint, d. l. 8. §. Procuratorem. 3. de Procuratorib. atque ita etiam intelligimus artic. 117. Statut. Reipub. Argent. ibi: Wer vor Meister vnd Rath oder andern Gerichten einen Vorsprechen begehret/vnd den bittet seine Rede zu thun/vnd ihme seines Geldtes bietet zu geben / an welchem End das were; dem soll der Vorsprech zu stunde gehorsam seyn/vnd sich damit nicht schirmen/die Stifft oder Kloster/der Herr/ oder ander Leut/hätten vor mit ihme geredet/2c. cui consonat artic. 14. der Kleinen RathsOrdn. in fin. ibi: Zu welchem Vorsprechen er dann kompt vnd ihn bittet seine Rede zu thun/vnd ihm seines Geldtes in die Hand gibet/oder bietet zu geben: dem soll der Vorsprech von stund an gehorsamen / vnd damit bestellt seyn/demselben in der Sach / die er ihme also bestimpt/ bis zum Ende zu dienen / vnd soll sich des auch nicht widern bey seinem Ende; Item in der Reform. Ordn sub tit. von den Procurat. vnd ihrem Ampt. num. 50. ibi: So sollen die Procuratores der Armen Sachen/welche zuvor den Aide der Armut geschworen / bey Straff Entsetzung ihres Redneramptis / annemen / darinnen mit getrewem Fleiß/ vmbsonst vnd vergebens zu dienen / zu handeln vnd zu advociren/ vnd bis zum Ende auszuführen schuldig vnd pflichtig seyn/2c. Consentit Ordinat. Camer. part. 1. tit. 19. §. ult. A. Faber in Rationalib. ad d. l. 8. §. 1. de Procuratorib. Sunt tamen & hoc casu iustæ causæ, quas si Advocatus vel Procurator in tempore proposuerit, iisdem relevabitur: veluti inimicitia capitalis cum cliente, nova dignitas, absentia Reipublicæ causa, d. l. 8. §. 3. fin. de Procur. aut si adversam valetudinem vel necessariam alleget peregrinationem, l. 9. d. t. & quæ aliæ causæ notantur in l. 17. fin. & seqq. d. t. quibus ex Ordin. Camer. addi potest ista; si nimiam causarum multitudine obrutus sit, ut scilicet tum alias possit deprecari. O. C. p. 1. t. 19. vers. Dergleichen. Denique antequam pœna aliqua Advocatus ejusmodi officij directator afficiatur, monitorium aliquod præcedere debere putamus per text. l. 7. Cod. hoc tit. ibi: Si quis monitus à iudice parti patrocinium denegaverit.

Q. 3. An cœcus iudex esse possit? Remitti poterat hæc n. 4.  
quæstio ad sedem magis propriam de judiciis, quemadmodum rectè ad l. 1.  
& C. l. A. eo demum loco th. 32. est definita. quia tamen ab authore § 5. ver:  
P 3 & Dd. casum  
b. 1.



Disputatio IX. ad lib. 3. tit. 1.

& Dd. comm. hinc est decisa, videamus quid de ea statuendum sit. Et alij quidem indistinctè affirmant, cæcum judicem esse posse: post. Duaren. 1. Disp. 23. Donell. 17. Comment. 24. quia l. 6. de judic. indistinctè loquatur, & judicandi munus consilio magis quàm corpore expleatur l. 2 §. corporis. de vacat. Mun: Vant. de nullit. ex def. jurisd. deleg. num. 4. Arumæus disp. Pandect. 5. thes. 3. Alij in ea sunt sententia, cæcum judicem quidem esse, non tamen ipso actu judicare posse: cum multa sint, quæ oculis judicum subjici debeant, antequam judicentur: ut si agatur de finibus regundis l. si irruptione. 8. fin. regun. de quæstione in reum exercenda, l. de minore. 10. §. tormenta. 3. de quæst. de collatione scripturarum. l. 22. C. ad l. Corn. de fals. & alius Petr. Gregor. 47. syntagm. cap. 11. num. 20. ¶ Communior est distinctio inter cæcitatem supervenientem & præexistentem. Quod cæcus quidem fieri judex non possit: existens autem maneat, neque per vitium istud corporis superveniens ideò removeatur, per l. 1. §. 5. vers. casum. h. t. ubi gloss. & Dd. comm. quos sequitur C. 1. A. d. loc. In casibus porò aliquibus singularibus exceptionem ponendam esse: & v. c. sententiam (quod hodiè in judice requiritur, l. pen. C. de sent. experic. recit.) per alium prælegi posse dicunt. ¶ A quibus præter initio laudatos discedit autor hic & num. 10. in fin. de judic. distinguentes inter judicem pedaneum, de quo in d. l. 6. agatur & magistratum. Ille, inquiunt, à prætore datus, à partib. poterat rejici: quod si verò litigantibus placeret; judicium illius ideò vitiosum non erat habendum, Hunn. 1. disp. Tr. 8. th. 2. q. 7. ¶ Et omninò ita distinguendum videtur inter veterem & modernam judicis acceptionem. Si enim judicem in specie pro pedaneo accipiamus, regulariter eum judicem dari potuisse statuemus, juxta d. l. 6. de judic. ita tamen, ut partibus integrum fuerit eundem recusare: Briffon. 2. antiquit. 1. Si verò voce generalius utamur pro magistratu: tum dicemus cæcum regulariter in magistratus ordinem adoptari non debere: allectum verò ob casum supervenientem solum removendum non esse, d. l. 1. §. 5. h. tit. sed in lectione sententiæ & aliis casibus singularibus actuarij aut cuiusdam ex assessoribus opera uti posse, notat. MS. ad marg. C. 1. A. d. thes. 32. quæ posterior distinctio hodierno etiam magistratui convenit. Treutl. 1. disput. 8. thes. 2. lit. B. Vmm. us disp. de process.



process. dir. 1. num. 47. in fin. eoque magis tenenda videtur, quod solennia illa publicationis sententiæ, quam urget Bachov. 1. disput. Treutl. 8. thes. 2. lit. b. ex ore iudicis, ferè ab aula recesserunt, notariis iudiciorum illas expedientibus. vid. Vmm. disputat. 19. num. 40. fac. egregia Reformatio Francofurt. part. 1. tit. 39. ibi. num. 2. & 3. ibi: So viel die Beurtheil belanget / mögen dieselben schriftlich oder mündlich eröffnet werden: Aber die Endurtheil sollen allwegen in das Urtheilbuch eingeschrieben vnd darauß durch den Gerichtschreiber verlesen werden.

Q. 4. An Edictum de postulando tantum pertineat ad postulationes, quæ fiunt coram magistratibus, an verò etiam ad eas, quæ fiunt apud iudices pedaneos? (hoc est, ut in edicto prohibitus ne quidem coram iudicibus pedaneis postulare queat?) Posterius statuit author h. & num. 2. eod. in verbis: *injure, hoc est, in iudicio maiore: & c.* Hunnius 1. disput. 8. th. 1. qu. 1. ¶ Prius gloss. in l. 1. §. 2. h. in verbo jurisdictioni. Azo in summa. C. h. tit. num. 2. & ferè ipse etiam author in fin. de Procurat. num. 4. pr. ¶ Dn. Vmmius disput. 2. de processib. nu. 10. distinguit inter initium edicti & progressum: initio quidem Prætores Edictum tantum in persona magistratus conceptum fuisse: prudentes tamen id postea ad quemvis iudicem pedaneum extendisse, eamque extensionem Senatusconsulto firmatam. Quo eodem ferè modo loquitur etiam Dn. D. Frantzky in parat. MS. ad h. t. ¶ Nos Edictum ad iudices pedaneos extensum fuisse negamus: quia illud tantum prætor proposuit, dignitatis suæ rationis habendæ & tuendæ causa (ita enim colligenda sunt verba, à Jcto traiecta & transposita) itemq; sui decoris causa, ne sine delectu passim apud se postuletur. l. 1. princ. h. r. item hoc saltem egit, ne tales in iure apud se litigarent. d. l. 1. §. 8 hoc autem delectu, inquam, tam sollicito, non est opus apud pedaneum iudicem. Itaque nec verisimile est, ipsum aliquos repellere potuisse. Eaque res haud dubiè Senatusconsulto occasionem præstitit, cui esse periculosum videbatur publico iudicio calumniæ damnatum, itemque turpe & propudiosum, eum, qui modò sordidissimam operam cum bestiis depugnandi locaverat, jam, vel apud pedaneum iudicem

Eodem  
n. 4.



judicem ad postulandum admitti. Neque puto edicto prohibitos hodie coram delegatis ex hac ratione rectè non postulatu-  
 ros, quia Senatusconsultum in corpus juris relatum sit: *ut author noster ratiocinatur*: Senatusconsultum enim de duobus tantum generibus hominum conceptum est, *uti modò dictum*, non de iis, qui Edicto continentur, loquitur: sed ex hac potius ratione, puto istos coram delegatis etiamnum postulare non posse, quia hodie magistratus ipsi judicant, vel per se, vel per delegatos: *quorum hodie longè alia ratio est, quàm pedaneorum judicum olim. C. l. A. infr. de judic. thes. 23 & 24. quanquam Wesenbec. pedaneum judicem cum eo, qui mandata tam jurisdictionem habet, pessimè confundit in Comment. Cod. de pedan. jud. num. 5.*

Adhuc  
 eodem  
 n. 4.

Q. 5. Quousque permissio tertij ordinis pertineat, ut quis pro conjunctis postulare dicatur & possit? Petr. à bella pertica ad l. 1. num. 8. C. de Procuratorib. omnes agnatos & cognatos hodie usque ad decimum gradum sine mandato ad agendum admittit: *argumento à succedendi iure ducto. consent. Cynus ad l. 12. nu. 2. C. eod.* ¶ Author cum communi permissionem ad quartum usque gradum limitat & restringit. *arg. l. 4. de testib. ubi tamen gloss. hic ab authore laudata nihil precise determinat.* Bart. autem ab eodem citatus, Innocentij sententiam laudat, qui omnes intelligit ad eum gradum, ad quem usque successio pertingit. ¶ Verius videtur in Edicto hoc permissorio non alias venire personas, quam quæ Edicto nominatim continentur. *arg. l. 1. §. 8. ibi. pro certis personis. & 11. ibi. pro alio ne postulent. h. t. l. 3. §. 1. ibi. affinitates non eas accipere debemus. Ita in simili concludit Ilico Vmmius disputat. 3. quæ est de Procuratoribus thes. 32.*

n. 5.

Q. 6. An vasallo pro alio contra dominum postulatio concessa sit? Cum nec in sua causa dominum sine venia in jus vocari à vasallo posse statuerit Wesenbec. *supr. de in jus vocand. num. 6.* haud mirum est, si idem quoque neget pro alio postulatu-  
 ros: *consentit post veteres Vmmius 2. de processib. num. 28. ubi rationem hanc assignat. quod indecorum sit, vasalli studiis oppugnari dominum, cui jurat se non futurum damno de sua justitia, vel aliis de causis, quæ adhonestat em*



statem eius pertinere videantur. 2. feud. 6. cap. de forma. 22. q. ult. sive ut  
 alij argumentantur: quia omne bellum contra dominum sit interdictum:  
 ad eius verò instar esse certamen iudiciale. vid. Gail. 1. observ. 88. num. 5.  
 ¶ Refert tamen ex Aufser. & aliis P. Gregor. 49. syntagm. cap. 6.  
 num. 13. contrarium placuisse curiis Galliae supremis, & quod imo  
 vasallus tuto possit placitare (ita exprimit τὸ plaider suum) sive  
 postulare contra dominum: modo non sit quaestio Feudi, sapiculè  
 decisum fuisse. ¶ Distinguit Zasius part. 10. de feudis. num. 42. inter  
 advocacionem spontaneam & necessariam, cum scilicet quis vel  
 officij necessitate, vel per iussum iudicis adstringitur ad subeundam  
 advocacionem, ut illo quidem casu, tanquam propter egregiam  
 ingratitude vasallus feudo privetur. cap. ult. de postul. 2. feud. 23.  
 & 24. Hoc autem casu facilius excusetur per text. l. post legatum. 5.  
 §. advocatum. 13. de his quae ut indign. l. 22. eod. l. penult. ff. de postul. Quae  
 distinctio à Rosenthal. cap. 10. de feud. conclus. 22. n. 18. pluribus firmatur.  
 ¶ Ego autumo decisionem istam non tam petendam esse ex textu Juris  
 civilis aut canonici, ubi de speciebus separatis agitur, quam potius ex <sup>Ad in-  
 terpre-</sup> textu Juris feudalis 2. feud. 33. §. 1. ubi ea de re duplex proponitur <sup>rationem</sup>  
 sententia: prior indistinctè non vult vasallum stare, nec pr. nec <sup>vers. Si-</sup>  
 accessoriè pro alio in iudicio; sive causa sit criminalis sive civilis, <sup>militer.</sup>  
 ne quidem si modica sit: (arg. ita vox modica extensivè intelligenda est <sup>2. feud.</sup>  
 non restrictivè, quod oppositio sequens docet) posterior distinguit omni- <sup>33. §. 1.</sup>  
 no inter causam criminalem & civilem: ut in illa neque per se 2. feud.  
 24. §. 2. vers. item si delator. neque pro alio intervenire possit, h. §. 1.  
 vers. similiter. In causa civili possit & suo & alieno nomine contra  
 dominum agere, dummodo citra dolum agat: Extra hunc enim si  
 fuerit, non impinget in formam fidelitatis. 2. feud. 6. vers. Honestum:  
 cum quod damnum dominus iure & culpa sua sentit, non attenda-  
 tur: (quod secus est in clericis. c. ult. de postul. quippe qui toto suo genere à  
 postulatione pro aliis, regulariter arcentur. cap. 1. d. t.) Et hanc senten-  
 tiam posteriorem genuinam & in curiis feudilibus receptam fuisse,  
 non tantum inde colligitur, quod posteriore loco posita est: sed &  
 quia poenae definitionem adjunctam habet: nequaquam autem  
 prior. Nimirum quod si in causis accusandi aut testimonij ferendi  
 contra datam distinctionem fecerit, feudo privandus sit. Quae in-  
 ter-

Q

ter-



*Dissutatio IX. ad lib. 3. tit. 1.*

interpretatione admiffa nec Cuiacij correctione nec diffinitione inter causam civilem modicam & gravē opus est: licet eam laudet & propugnet Bachov. 1. *diff. Tr. 8. thef. 2. lit. G. vers. vasallus.* cum pœnæ LL. extra casus propositos non sint extendendæ: & nullatenus concedendum sit Bachovio postulatum illud quo dicit: vasallum facilius privati feudo, quā donatariū donatione: cum & in feudo amittendo non futiles sed omnino graves causæ requirantur: 2. *feud. 23.* Quid quod in obiecta *L. ult. C. de revocand. don.* non dicitur revocari donationem si donatarius legitima actione instituta, partē aliquam bonorum donatori evicerit: sed si jacturæ molem ex infidiis suis ingerat. Quo ipsomet loco innuitur, semper dolum in delictis requiri, non justam & honestam causam coerceri.

12-5.

2.7. An postulare prohibiti, consilio, scripturis, aliisve privatis actionibus, causis litigatorū extra iudiciū possint inservire? Affirmat cum Br. Decio, Cæpolla *caut. 156.* aliis, *Wes. h. quia postulatio viva voce fit: sed ille, qui in Camera consulit, non advocat s. postulat. E. verba sunt, Bart. all. loc.* ¶ Repudiat verò iterum hanc sententiam post Job. Andr. & Mart. de Jurisdictione nominatim Wesenbecium hinc notans, *Ummius 2. de process. 1. h. §. n. 26.* quandoquidē dubia fiat ipsi Advocati definitio his terminis inclusa: quod advocare sit aliquid in iudicio absq; scriptis dicere, &c. Easdemque propemodū rationes contra veteres ingeminat Marq. Freher. *lib. 3. de existim. c. 26. n. 15.* ¶ Et sanè certum est Advocatos licet olim eo nomine describerentur, quod præsentiam suam amicis accommodarent jus suggerendo; quemadmodum patroni orationem, *v. Wes. in c. C. de Adv. div. judicior. n. 1.* postea tamen extensa significatione dictos ita fuisse omnes eos, qui causis agēdis, quoquo studio (intellige in foro recepto legitimoque) operarentur. *per text. l. 1. §. Advocatos. 11. de extraord. cogn.* ¶ Nihilominus tamen malim etiam in hoc negotio mitiorem in dubio interpretationem sequi, & avocationem strictè sumptam (quæ coram in iudicio fit) intelligere, *per l. 1. §. 2. h. l. Advocati. 14. ibi: qui gloriose vocis confisi munimine. C. de Adv. div. jud. eamq; sententiam aliquot casib. usu servatam nemini: nisi nominatim omnis consilij suppeditandi clientibus via per sententiam cuiuspiam præcisa & interdicta sit: cuiusmodi sententia legitur apud*



De postulando & Advocatis

116

apud Gilman. in Symphor. supplicat. Cameral. tom. 2. part. 2. voto 14. ubi  
& Procuratori & Advocato ob productum in iudicio scriptum famosum  
ab officio remotis, foro ita interdictum fuit: Daß sie auch ferners keine  
Schriftthandlung oder anders/wie das Namen haben mag/ advo-  
cando, consulendo, supplicando, sollicitando, oder in andere weg/ con-  
cipiren/ revidiren vñ verfertigen sollen/weder judicialiter noch extra-  
judicialiter. v. Bartholom. Agricola tr. de officio boni advocati. c. 15.

Q. 8. An Advocatus ad instantiam adversarij de fa-  
mosa seu injuriosa scriptura conquerentis omninò dete-  
gendus & nominandus sit? Ex decisione superioris necessariò  
enascitur hæc controversia: Si enim non omnes ad munus advo-  
candi admittuntur: Item si aliquando non vox saltem, sed & scri-  
ptura iudicio interdicitur: denique si non solum principalis con-  
vitiator sed & scriptor tenetur: per text. mox allegand. meritò qua-  
ritur, an autor omninò à litigante edendus sit? Negant id non-  
nulli (1.) p. l. quisquis. 6. §. ante omnia. 1. C. de postuland. per summam  
intra de vocat. & ofcitantiam verba illa (non ultra, quam litium poscit  
utilitas, in licentiam convitiandi & maledicendi temeritatem prorum-  
pāt) ita inducentes ac si Imp. concederent Advocatis, ut quatenus  
litium poscit utilitas, licentia conviciandi gaudeant, contra verba  
d. l. seqq. & c. infames. 2. vers. item si quis caus. 3. q. 7. cum figurata ibi  
sit locutio, (sive Zeugma illam dixeris sive Synthesin) qua celeritate  
& studio conjungendarū propositionum l. 66. de hered. Inst. l. 3. §. 12.  
de donat. inter vir. & uxor. duo diversa conjunguntur verbis, vid. o-  
mninò text. in simili l. 77. §. 22. de Legat. 2. quæ re ipsa separantur: eaq;  
loquendi ratio non Imp. solū, sed & Jctis familiaris est. Quis enim  
ideò, quod in l. ult. §. ult. C. de Codicillis dicitur, in omni ultima volun-  
tate quinque testes adhiberi debere, excepto testamento, inde con-  
cluserit: Ergò in testamento pauciores sufficere: cum imò hoc ibi  
dicere voluerit Imp. In omnibus ultimis voluntatibus quinque testes  
ad minimum requiri, eosque sufficere præterquam in testamento:  
Ad eundem jam modum, quando in d. l. 6. §. 1. Imp. modum exercendæ  
advocationis, & quid agendum istis, quidve omittendum sit, docere  
cupiunt; Hoc inuunt & tantum non dicunt: agere inquam de-  
bent, & adistere cientibus, quatenus litium poscit utilitas, vel ut

Senten-  
ria l. 6.  
§ 1. C. de  
postul.

Q. 2

Dn.



Dn. D. Locamerus p. m., in suo exemplari adnotavit, non ultra sc. li.  
 contendendo procedant: vel ut *Wei. in w. C. de Advoc. div. jud. n. 2. f.*  
 reddidit: agant quod causa desiderat & litium postulat utilitas, non  
 ultra: ne scilicet extra rhombum & causam dilabantur in convitia,  
*id quod omittendum & Advocatis cordatis sedulo cavendum est. Ordin.*  
*Camer. part. 1. tit. 11. §. 5. itemq; tit. 23. §. 2.* Idque manifestò ostendunt  
 verba seqq: agant, quod causa desiderat. *Vinnius d. disp. 2. num. 40.*  
*C. I. A. h. t. thes. 33.* similia exempla occurrunt in *l. 3. §. 3. vers. Ideoque*  
*de acquir. vel amitt. poss. l. 63. §. ult. vers. recepta. de A. R. D. & alibi.*  
 Neque verò eo sensu vel gl. vel Oldradus vel etiam Joh. Petrus Sur-  
 dus *decis. Mantuan. 89. n. 25.* hanc sententiam repetunt, quasi impunè  
 advocato liceat, veluti de plastro convitia spargere: sed id tantùm  
 volunt, defendendi sui causa licere objicere ea, quæ quis probatu-  
 rus sit, licet alterius opinionem gravent: *gl. & Dd. ad d. l. 6. §. 1. Surdus*  
*d. l. n. 3. Harpr. ad §. 1. fin. de injur. n. 107. & seqq.* licere defendendi sui  
 causa asperioribus uti vocabulis, tametsi ea ab aliis pro conviciis  
 habeantur: veluti si reus hac formula adversus actorem utatur:  
*falsò adseveras. ut in l. falsò. 2. C. de divers. rescript. item falsò tibi per-*  
*suasum est: l. falsò. 3. C. de commun. rer. alienat. falsa suasionem credis.*  
*l. 1. C. de excusat.* hinc enim vocem falsi mediam, in dubio, benignius  
 interpretabimur, *arg. l. 42. de pœn. l. 15. §. 13. de injur. C. I. A. th. 12. n. 34.*  
 Non dicam quod vox conviciari, aliquando denotat convicia &  
 delicta alicui objicere: *ut in l. 5. C. de injur.* Cæterum pro Negativa  
 hac sententia. Eadem vœcordia (2) adducitur *l. 9. §. 2. de offic. procons.*  
*ubi monetur proconsul, ut circa Advocatos patiens sit:* quod veteratores  
 ad convitia & jurgia trahunt, quasi & hæc in judicio patienter  
 ferre debeat magistratus: cum imò cavere hæc maximè debeat; &  
 illud saltem dicitur, proconsulè æquè ut præsidem se in adeundo &  
 audiendo facilem præstare debere; hoc tamen cum judicio & tem-  
 peramento ne contèptibilis fiat. *textus est in l. 19. de off. præsid.* Fortius  
 (3) pro hac opinione urgeri poterat *l. 1. C. de error. Adv.* ubi hoc innui  
 videtur: quasi ab Advocato dicta ita habenda sint atq; ab ipso liti-  
 gante prolata. Sed alia longè dictorū causæ defendendę igitur: aliaq;  
 injuriarum & convitiorū scriptorū ratio est: Vitium v. c. reliquatio-  
 nis & non servatæ fidei in repræsentata solutione ad terminū con-  
 ventum



ventū, debitori moras neſtenti in libello utiq; poteſt objici: itemq; teſti vitium illud, quo à teſtimonij latione ipſum removeat: quia ſc. hic nullus injurandi animus, ſed juris ſui cōſervandi cauſa adparet. *Coler. part. 1. de proceſſ. c. 8. n. 78.* At convitium facere nullo prætextu licet: idque aded, ut is quoque puniendus ſit, qui in judicio adverſariū perſtrinxerit, exprobrans illi verum & crimen, tamen nihil ad proprii juris comprobationem vel deſenſionem attineat: Ex hoc enim animus pravus deprehenditur (verba ſunt *Covarruv. lib. 1. variar. reſol. c. 11. n. 7. verſ. teſtium, ubi l. 6. §. 1. C. h. t.* hunc in modum inducit:) quin etſi improprio eiſmodi ad cauſam pertinuerit, tamen puniendum eſſe objicientem contendit *Covarruvias*, ſi vel ex rixa aut verborum litigantium contentione aliſve conjeſturis iudex collegerit, exprobrationem eiſmodi ex animo injuriandi proceſſiſſe. Neque maioris momenti ſunt ratiunculæ de arcanis non eliminandis, amicis non prodendis, &c. *de quib. in diſcurſu.* ¶ Verius itaq; eſt, advocati nomen non tantūm ex cauſa convitij veri & propriè dicti, ſed & alia quacunq; probabili (veluti ſi dubitetur, utrum inter prohibitos in edicto de postulando ſit ille ſcripti author nec ne?) edendum eſſe. Si enim magiſtratus ipſe injuriarum conveniri poteſt, cum alterum contumelioſis onerat verbis, *l. 15. §. quod adjicitur. de injur. Weſenb. in parat. ibid. num. 5. ſin.* quia jam excedit fines ſuæ poteſtatis: multò magis Advocati conveniri poterunt, quibus id multo minus eſt licitum: *per d. l. 6. C. h. t. Marq. Freh. lib. 3. de Exiſtim. c. 13. num. 4. O. C. part. 1. tit. 23.* quia nullibi ab iſta excipiuntur regula, qua ille quoque judicio injuriarum ſubjicitur, qui perſuaſerit curaveritque ut injuria fieret. *l. non ſolum. 11. pr. ubi Br. de injuriis. c. ſi quis. in ſin. diſtinct. 1. adde l. 5. §. 9. ibi. composuerit, ſcripſerit. de injur. ex qua lege apparet non tantūm eum, qui publicat aut producit ſcriptum famoſum, ſed & eum, qui composuit aut ſcripſit, teneri.* ¶ Atque ut præcaveatur eiſmodi intemperies non tantūm in *Ordin. Camer. part. 1. tit. 22. §. 6. in ſin.* conſtitutum eſt, ut Procuratores ſeu Advocati ſua ſcriptis nomina ſubſignent: ſed & idem quoque in multis aliis judiciis receptum conſtitutumque eſt: qua de re inter alia egregiè in prudentiſſima *Reipub. Francofurtens. Reform. part. 1. tit. 5. §. 4 & 5. ibi:* Nicht allein ſollen ſie ſich aller Stupff, Schmähereden vnd





Disputatio IX. ad lib. 3. tit. 1.

Scheitwort enthalten: sondern auch keine Schrift/so schmäblich/  
einbringen/rc. Vnd damit demselben desto besser gelebet werde/ so  
sollen die Procuratores hinsuro keine Schrift vbergeben / sie haben  
denn dieselbe zuvor vberlesen vnd vnterschrieben: ob gleich dieselbe  
auch von den Advocaten were subscribirt worden/rc.

Ad. n. 2.  
paratit.  
Cod. de  
Advoc.  
div. ju-  
dic.

*Extremo loco* 2. An Advocatus in bona causa possit  
uti fallaciis? Cum enim in facto contigisset, ut Caius centum  
floreos à Titio, sine arbitris & testimoniis mutuo acceptos eidem  
condicto tempore bona fide reddidisset; Postilla verò idem Titius  
centum illos floreos denuò reposceret & detrectantem Caium  
iudicio pulsaret: Advocatus Caij animadvertens, siquidem debi-  
tum confiteatur, probationem solutionis juxta allegandæ, sibi in-  
cubituram: qua in proposito deficiente (quippe renunciatione  
itidem sine testibus aut instrumentis facta) futurum esset, ut Caius  
succumberet: Itaque sciscitari cæpit: Annon in causa tam bona,  
dolum adversarij dolo possit repellere contrario & negata mutui  
datione, ipsi actori debitum jam semel redditum improbè repo-  
scenti, necessitatem probandi imponere? His inquam & similibus  
casibus in facto contingentibus, quaesitum est, annon Advocatus  
in bona causa dolum adversarij dolo repellere, ac vel veritatem  
occultando, vel aliter fallendo, pro meritam causæ victoriam obli-  
quis artibus possit obtinere? Quam sententiam plerique omnes  
amplexi sunt allegati à Treutlero (& in his etiam author noster) i. dis-  
put. 8. thes. 3. lit. A. quest. 2. in quorum partes etiam nonnulli Theologo-  
rum inclinare videntur, veluti ex nostris Dn. D. Balduinus in fin. libb. de  
casib. conscient. ubi inter alia inquit: Simulationes, hyperbolas, stratagemata  
& similia in rebus ad commodum proximi spectantibus, quas pala-  
lam agere tutum non est, haudquaquam mendaciis, sed calliditati potius  
esse adscribendas. E. Pontificii in terminis Azorius part. 3. Institut. suar. 13.  
cap. 25. pag. 1199. (fretus imprimis auctoritate Covarruv. 1. variar. re-  
solut. 2. qui Vmmio disput. 2. de processib. num. 41. contradictoria videtur  
tradere, uti scilicet licere fallaciis sine mendacio, & tamen in proposito  
casu admittere, reum negare posse se centum mutuo accepisse. Nisi pro  
Covarruvia explicando dicamus: Eum in posteriore propositione num. 4.  
negationem crediti non habere pro negatione vera, multoque minus pro  
menda-



De postulando & Advocatis.

178

mendacio : sed pro assertione veritatis disparata & conditionis alicuius juxta doctrinam Iesuiticam, in mente retenta : disertè enim scribit : Reum hoc casu interrogatum, an centum mutuo acceperit, subintelligere debere scilicet quæ adhuc solvere teneatur. Et tum demum desinit Covarruvias, reum sine mendacio negare posse, quod centum mutuo acceperit, scilicet quæ solvere teneatur) Azorium hic ut in plerisque simpliciter narratione secutus est Maximilianus Sandeus Iesuita Moguntinus in mundo fallace pag. m. 491. Eamque sententiam cum pluribus à se, more suo, allegatis tuetur Hilliger. lib. 18. Donell. Enucl. 3. lit. uu. ¶ Negat autem post Alciat. Treutler. d. loc. & ad eum notantes Bachovius & Hunnius : & ille iterum in Comment. Pandect. de dolo malo. c. 1. in fin. ¶ Cagnol. Pacian. Magon. Parlador. ab Ummio d. l. errati & cum iis ipse Ummius mediam quandam rationem ineunt, & fallaciis deceptionibusque Advocatum uti sanè posse concedunt, dummodo id fiat sine mendacio & perjurio. Atque ita in proposito casu non largiuntur id reo, ut articulum istum : annon à Titio centum accepisti mutuo? inficietur : alias tamen cautelas illi suggerunt, quibus elabatur : At si verum amamus, ferè eodè recedentes. ¶ Nos plenius distinguimus inter artes Advocatorum ex sola solertia procedentes : & artes cum dolo, mendacio similive vitio conjunctas, quas dolosas artes vocant Imp. in l. 6. C. solut. matrim. vulgo Hilpersgriff. Illis uti posse Advocatum non solum concedimus, fac. l. 1. §. 3. de dolo. sed & ut illis studeat, eidem injungimus : siquidem pars officii Jurisperiti est, ut ad cavendum æquè ac ad agendum & respondendum paratus sit : per definitionem Iurisconsulti à Cicerone lib. 1. de Oratore. cap. m. 102. num. 54. propositam & à Vulteio prolegom. Iurisprud. atque alius latius deductam : Cuiusmodi ingeniosa & inventa veteribus Jurisconsultis usitata fuisse vel solus liber Modestini indicio est, cuius titulus in Pandectis superest, Erematicon, von artigen Gündlein : & exempla egregia extant in l. servus. 58. solut. matrim. l. qui totum. 45. ad Senatusc. Trebell. l. si tutor. 9. de suspect. tut. l. 63. de jur. dotium. & c. Eaque intelliguntur nomine remediorum in l. 66. de jure dot. vulgo cautelas appellant, de quibus varij variorum tractatus reperiuntur. His autem uti posse cordatum Advocatum nullatenus concedimus : quoniam S. Scriptura veritatè sine ulla exceptione à nobis requirit, Zachar.



88  
 Disputatio IX. ad lib. 3. tit. 1.

Zachar 8 v. 9. Matth. 5. v. 37. & mendaciū toto suo genere detestatur, Lev. 19. Eph. 4. Col. 3. Quin & Philosophi Juris & iustitiæ studioso non tantū τὸ δίκαιον, sed & τὸ δίκαιοπράγμᾳ cōmendant; Et non sufficere dictitant, si bonū fiat; nisi & benè fiat; H. Grot. in pietate Holland. p. 14. Neq; enim ulla ratione fieri potest, ut actio formaliter mala, qualis est fraudis, doli, mendacijq; exercitatio, ex fine fiat bona, v. Meissn. part. 8. Philos. sobr. c. 7. memb. 3. concl. 4. p. 379. nam & objectū & finem & circumstantias & medietatē esse cōparata oportet, ut actio sit bona: veluti post Philosophos disputat Bachov. in Comm. Digest. de dolo. d. l. num. 7. nec ideò mendacium aliquod putandū est non esse peccatum, quod alicui mentiēdo possumus prodesse: possumus n. & furando & adulterando, inquit Augustin. Enchir. c. 22. Si autem meritò placet castitas, quid quæso offendit veritas, ut propter utilitatem illa non vitietur adulterando: at violetur tamen mentiēdo: § c. 7. contra mendacium: interest quidē plurimū quā causā, quo fine, quā intentione quid fiat: sed ea, quæ constat esse peccatū, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nullā velut bonā intentiōe faciēda sunt: arg. text. Rom. 3. can. Omne. 16. caus. 22. q. 22. l. 15. de condit. inst. l. 4. p. de O. & A. l. 16. de dolo malo. conf. l. pen. § ult. de Procur. ¶ nec obsistit l. 1. §. 3. de dol. mal. Ibi enim non tam divisio aliqua generis in suas species, quam distinctio vocis polysemæ in sua significata continetur: ut alibi differuimus. Neq; in l. 77. §. 31. de leg. 2. Ictus heredi fideicommissario consiliū dat dolum dolo repellendi; sed solū factō licito & per quoddā ἐννεύου. h. e. repudiatione & omissione testamenti veluti suspecti & insidiosi, dolos à fratre structos evitandi: quod § Hunn. d. l. animadvertit. ubi etiam aliis objectionib. respondet. Deniq; si vel id largiamur ita dolum dolo posse repelli; quemadmodū vim vi repellere licet. hoc saltē sequetur: quemadmodū injusta vis non itidem repellenda est vi injustā, sed vi privatā intra terminos legitimos consistente, hoc est, moderata defensione: ita etiā dolum injustus, non repellendus est dolo injusto: sed artibus ingeniosis & solertia sola subnixis, quæ à L. permittuntur. ¶ Atq; ita in proposita specie advocatus vel cum Maranta in speculo sub t. de confessione fin. respondere curabit clientem suū hoc pacto: nihil mihi mutuaſti propter quod tibi sim obstrictus: vel si ita evadere nequeat, sed ad distinctam & sine appendice simplicē responsionē coarctetur: negationi simplici declarationē rei gestę ut fieri solet, subjiciet, eo fine eaq; fiducia, ut iudex (in quo religionē & prudentiam simul jura desiderant, l. 13. de testib. l. ult. C. si ex fals. instr. vel test. jud. sit.) no ad unā aliquam allegationē, sed ad totius negotij circumstantias respiciens l. 31. §. 1. de positi. uberius cuncta rimatus, ordinemq; rerū plena inquisitione discutens interrogando, respondendo, objiciendo veritate eliciat: c. 11. caus. 30. q. 5. fucum animadvertat & motū animi sui ex integro tractatu informans, pro reo tandē constituat. l. 21. f. de test. l. 38. de R. V. Quod si & iudicis religio doli eiusmodi circumventa fuerit, ut in l. 33. de re jud. l. 5. C. de prad. & aliis reb. mix. & ob defectū probationis ut sæpenumero accidere solet, l. 30. de testam. tutel. l. 6. C. de testam. milit. c. ult. de test. b. cogend. c. 26. de sponsalib. in hoc iudicio reus succumbat: contrariò adversarium suum iudicio poterit pulsare &c.

SELE-



X 2615926


VD.17












B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ARVM III.

RVÆ 50

M 1637 14.

Wesenbecii in

O IX.

ANDO.

cellentissimique  
NIS TABORIS,  
a inclytæ Reipubl. Ar-  
blici, Patroni, Promoto-  
rvantiæ & Amoris  
li,

Stemler/Spirensi.

1775

idianis  
A.  
RATI,  
dentz.

VIL.

